UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvla Sancti Patris Benedicti

Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>

Moguntiae, 1604

LXIX. Vt in Monasterio non præsumat alter alterum defendere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64533

Visual Library

re voluerint, neceſſario vltra licentias Prælatorum Venetiarum, habeant etiam licentiam Patris Præſidis aut Viſitatoris vnius ſuæ Prouinciæ; nequaquam tamen prohibentes, quin negotia Monaſteriorum publica poſſint tractari per Prælatos aut alios miniſtros in hac eadem ciuitate.

Si Fratri impoſsibilia iniungantur.

CAP. XLVIII.

SI cui Fratri aliqua forte grauia aut impoſſibilia iniunguntur, ſuſcipiat quidem iubentis imperium, cum omni manſuetudine & obedientia. Quod ſi omnino virium ſuarum menſuram viderit pondus excedere: impoſſibilitatis ſuæ cauſas ei qui ſibi præeſt patienter & opportunè ſuggerat, non ſuperbiendo aut reſiſtendo vel contra dicendo. Quod ſi post ſuggeſtionem ſuam in ſua ſentētia Prioris imperium perdurauerit: ſciat iunior ita ſibi expedire, & ex charitate confidens de adiutorio Dei obediat.

Vt in monaſterio non præſumat alter, alterum defendere. CAP. LXIX.

SVmmopere præcauendum eſt, ne qua occaſione præſumat alter alterum defendere Monachū in Monaſterio, aut quaſi tueri, etiam ſi qualibet conſanguinitatis propinquitate iungantur. Nec quolibet modo id a Monachis præſumatur: quia exinde grauiſſima occaſio ſcādalorum oriri poteſt. Quod ſi quis, hæc trāſgreſſus fuerit, acrius coerceatur.